S. Doctas et gratas admodum epistolas tuas, quoties lego, consolationem capio
non vulgarem, quod videam me multis nominibus miserum, a tanto viro non negligi. Contra subinde
non minime dolet, quod tot charissimorum amicorum familiari saltem colloquio privatum esse, ac presertim,
cum ad patriam meam vix semper possim. Domi hec est bona volu[illegible], que utcumque gravatum
sepe sic sublevat, ut videatur mihi hoc felicior esse quam carere non posse. De hernia loquor. Cuiusque
vero primas obtineas inter eos quos summa veneratione duxerim, cogit necessitas ut effundam in
sinum tuum miseriam meam, ea spe, quod indubitato consiliis et iis quidem optimis nostro
destituere mihi unquam. Morbum hunc initiis iam annis habui, hoc unum vero me decepit
quod pater aliquot annis sensit, nunc illum dolorem amisit. Hinc pudore victus paucissimis
communicavi. Post dispensationem vero meam rerum toto corpore obesus essem, cepit
morbus cum sine dolore crescere, id cum Zwinglio communicarem, Frisium quendam octogenarium
olim sacrificulum bene misit, qui omnia hoc sic colligaret, ut sine periculo essem, sed
cum fomento et inspersorum partem dependitum, non posset in veterem et locum suum restituere
abiit re infecta. Misit deinde Jacobum quendam incisorem, is incisionem cum vetaret,
simul et tamarica aque, ligandum spopondit, quod et misit, mox capellis cum aliis omnibus
ligandum hoc et si ambulantem iuvaret, tamen non tamen potuit, quin morbus [struck through] et
hernia ipsa, magnitudinem longe excedat caput meum ac intestina recedat. Tibialibus
sic stringo, nescio ne interim exitum faciam maiorem, ut saltem in publico ingredi possim
et communionis faciendum. Egre urinam effundo, quod virgula nulla fere sit. Interim
nunc dolore, sed mire gravior. Hic velim consulas, et quoque ventosum cibum
me valetudo prohibet, velim tamen ab te exprimi, qui etiam illi sint, quo illa parte ventosi-
sitates provenire aut prius mederi possim. Venter non adeo laxus est, nec urina
tam copiosa ut antea, contra minori cibo sanior, plus potus semper desiderans.
Utrum ventrem laxum compescam, urinam illam commode effluentem, ut illa certo sciam quibus
vesci debeam, leguminibus, carnibus, piscibus, et ut ligando strictius aut laxius
mihi non incommodem, dum et ocio, [illegible], potare, propter [illegible] nos [illegible], meum
communica. Desiderat ecclesia [illegible] quoque valetudinem meam pro [illegible] et [illegible], Tu
media suppeditabis, quibus et me quoque tuearis. Deinde que de D. Sertorio scribis
cum Megandro contuli. Sunt quidem apud nos parochie plures 187. ministri
fere duarum. Inter eas omnes primarias, nullam scio tanto viro dignam quam eam, que est in oppidulo
Lengburgi, Brugge Arow, Burgdorfi et Thuno. Hae autem cetere omnes, ministros habent
viros iis non indignos. Cetere parochie pagorum, sic sunt vel tenues vel tam laboriosi
et rusticani victus, ut omnino non suaderem tanto viro immergendas. Vestre interim
fateor, penuria esse apud nos sicut et alibi ministrorum, paucosque esse scio fere nullos
quibus non sit consultum. Hic iam deliberare poteris cum Sertorio, quid faciendum vobis
videatur. Nos vero non deerimus quantum meum virium. Contra interim nostrum illum scribam
Nihil vobis novi non succedat, adeo communium [illegible] in [illegible], ubi a Basiliensibus
[illegible] quemadmodum a senatu nostro et Tigurino impetrarunt. Illic [illegible]
indicta fuerit, quemadmodum a senatu nostro et Tigurino [illegible] scribenda fuerint. Brevi hoc tempore
Megandro loqui poteris. De Gebennensibus [illegible] scribenda forent. [illegible]
Allobrogum regulus diem senatui statuerat in valle Auguste, ubi ipse suo ore omnino [illegible]
illis communicare vellet pro omnia propter Gebennenses. Cum in illic congregati, [illegible] primum peteret
Evangelii libertatem, nec sue inspectionis religionis partem indicare vellet, Renuit omnino regulus,
Ita re infecta [illegible] abeo discesserunt. [illegible] resignarunt [illegible] et remittendo deliberarunt, regulo
omnia federa a ducentis annis cum Sabaudie domo inita. Interim aliquot galli equites
circa centum, cum Gebennensibus suppetias ferre vellent, interceptum est illis iter a Sabaudo,
aliis ad illos capi [illegible] quendam detinuit. Duo vero illorum duces una cum X. equitibus
[illegible] Gebennas pervenerunt salvi, Hinc ex [illegible] 45. peditibus. Sed quid hi inter tot hostes?
Congressi [illegible], cum Sabaudo multo maiori [illegible] parati, Semper abierunt victores.
Ubi [illegible] nuncium, multa scribam. Vale. 28. Decembris.

Tuus Berch. H.

Viro eximię pietatę erudi-
tionis & prudentię D.
Joachimo Vadiano, apd
S gallen Consuli, dnd &
maiori suo Sp observado.